



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,  
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia  
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliae  
aliquot piæ, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

**Haimo <Altissiodorensis>**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1551**

**VD16 H 222**

Cum intraret Iesus in domum cuiusdam prin. Luc. 14

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39335**

dei percipiunt. [Vnus deus] est omnium creaturatum & pater omnium rerum, id est, creator: [qui super omnes] subauditur, creaturas excellit: [ & p oia, subauditur, est filius. quia omnia per ipsum facta & reparata sunt. [ & in omnibus nobis] subauditur, est spiritus sanctus, qui in cordibus fidelium diffusus est, & in omnibus creaturis, iuxta illud: Spiritus dñi repleuit orbem terrarum.

Sap. 1.

DOMINICA XVIII. POST PEN  
tecosten, Lucę XIII,

In illo tempore Cum intraret Iesus in domum cuiusdam principis phariseorum sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum. Et reliqua.



*Dominica*

Q Voties legim⁹ do-  
minum ad nuptias  
uel ad conuiuū ue-  
nisse nō gulę illecebris de-  
putare debemus, sicut scri-  
bę & pharisęi faciebāt, di-  
cētes cū uini potatorē es-  
se, & amicū publicanorū:  
sed ob certi gratiā myste-  
rij eum uenisse credere de-  
bemus, id est, p̄ lucrandis  
animabus. Sicut enim do-  
ctus piscator & peritus uenator, siue auceps, in eo  
loco retia sua tendit, ubi multitudinem pisciū uel  
auium siue bestiarum cōuenire nouit, ut ex multis  
aliqui capiantur: ita dominus retia suę p̄dicatiōis  
in eo loco extēdere uoluit, ubi plures cōueniebāt,



ut ex multis aliqui caperentur in fide. Et ob istius modi causam, uel ad conuiuia, uel ad nuptias uocatus, uenire non renuit. Vnde (sicut præsens lectio narrat) [cum intraret Iesus in domum cuiusdam principis pharisæorum sabbato māducare panē, & ipsi obseruabant eum.] Vbi notandum quia panis nomine omnia quæ ad uictum pertinent, euangelista significare uoluit: quia usus scripturæ est ut a principali parte, quæ est uita hominis, id est, pane, cetera significet, sicut de Ioseph fratribus dictū legimus: Quia isti hodie mecum comesturi sunt panem, qui tamen postea cum eo inebriati fuisse leguntur. Et sicut in eadem Genesi legimus de puero Hebræo, qui uxorem domino suo q̄rebat, Et appositus est corā eo panis. Quod autem ait, [Et ipsi obseruabant eum,] non ad sabbatum, sed ad ipsum dominum pertinet. Obseruabāt quippe eū, si in sabbato curaret hominem, aut aliquod opus faceret, siue aliquem sermonem, ptulisset, in quo merito cum reprehendere possent. Neq; enim obseruatores sabbati erant, qui ipsum sabbati sanctificatorem reprehendere cupiebant, si possent. Obseruatio ergo & in bono & malo ponitur. In bono, sicut dñi uoce Israelitis dicitur: Ecce ego mitto angelū meū, q̄ pcedat te & custodiat semp, Obserua ergo, & audi uocem eius. Et sicut Apostolus ait: Obseruate eos q̄ ita ambulāt, sicut habetis formā nostrā, id est, eos imita mini, quos in xta formā quā uobis ostendimus, ambulare uideritis. In malo ponitur, sicut ait pphera: Obseruabit p̄t̄r in frum, & stridebit super eū dentibus suis, uel q̄ret mortificare eū. Sic & in hoc loco, nō in bono, sed in malo ponitur, cū dicitur: [Et ipsi obseruabāt eū]

Gen. 43.

Gen. 24.

Exo. 22.

Phil. 3.

Psal. 56.



Igitur obseruabant eum, nō ut imitari uellent, sed reprehendere cupiebant, si possent. Obseruatio ergo & in bono, & in malo ponitur.

Et ecce homo quidam hydropicus erat an illū. ¶ Hydropisis grauis est infirmitas, q̄ nascitur ex uitio uesicæ, cum inflatione turgente & anhelitu foetido. Proprium est hydropici, ut quo amplius biberit, eo magis sitiat. Ergo per hydropicum auarus quilibet designatur, q̄a sicut hydropicus quo est grossior, eo est infirmior: ita auarus q̄ plus abundat diuitijs, eo plenior est uitijs. Et sicut hydropicus quo amplius bibit, eo amplius sitit: sic auarus quanto magis diuitias, quas concupiscit acquisierit, tanto magis in eis acquirendis exardescit. Quod pulchre quidam de sapiētibus breui uersiculo comprehendit, dicens:

Crescit amor nummi, quantū ipsa pecunia crescit. Et sicut quidā ait, Auarus obolo indiget. Sicut em̄ sapienti totus mundus diuitiarū ē, sic auaro totus mundus auaritię: quia quicquid uidet oculis, concupiscit mente & habere desiderat. Alienū dānum su-

**Eccles. 5.** um lucrum deputat, teste Salomone Auar⁹ nō implebitur pecunijs, nec aīa eius satiabitur bonis. Potest quoq; non inconueniēter p̄ hydropicū quilibet luxuriosus intelligi: quia sicut hydropicus q̄ plus bibit, plus sitit ita luxuriosus quo plus ad petulantiam carnis deditus fuerit, eo plus ad petulantiam libidinis exardescit. De quibus p̄ prophetā dicitur:

**Ieze. 23.** Quorū carnes sunt ut carnes asinorum, & fluxus eorum ut fluxus equorum. Et iterum: Computruerunt iumenta in stercore suo.

**Ioel. 1.**

Et respondens Iesus, dixit ad legisperitos

*Hydropic⁹  
sicut uoluit*

11. 101

11. 102

11. 103

11. 104



& pharisæo, dicens: Si licet sabbato curare? At il-  
 litacuerunt. ] ¶ Responsio ista domini ad illud p-  
 tinet quod superius dictum est: [Et ipsi observa-  
 bant eum.] Non enim hic ab alijs interrogatus le-  
 gitur, sed ad eorum cogitationes respōdit: Et pru-  
 dentissima ratione dñs observatores suos hinc in-  
 de conclusit, ne aptam inuenirent responsionem. Si  
 enim dicerent, Licet sabbato curare, reprehensibi-  
 les essent, ut quid eū observarent, utrū sabbato cu-  
 raret hominē, si uero dicerent, Non licet, argueren-  
 tur, quare sabbato asinū uel bonē soluentes a pre-  
 sepio, ducerent ad aquam: & ideo non inuenientes  
 qđ dicerēt tacuerūt. Nec solū in hoc loco reprehē-  
 sores suos ita cōclusit, sed etiā in alijs frequēter lo-  
 cis, sicut de qđdam muliere in adulterio deprehen-  
 sa, uel de denarij redditione. & sicut fecit quando  
 interrogauerunt eū dicentes: Dic nobis, in qua po-  
 testate hæc facis? At ille rīdens dixit: Dicite & uos  
 mihi unum uerbū, & ego dicā uobis in q̄ potestate  
 hæc facio. Quod si nō dixeritis mihi, nec ego dicā  
 uobis in q̄ potestate hæc facio, Dicite mihi, bap-  
 tismū Iohānis de celo erat, an ex hoībus? At illi co-  
 gitauerunt intra se dicētes: Si dixerim⁹, e celo, dicit  
 nobis: Quare ergo nō susceperitis illud? Si dixerim⁹,  
 ex hoībus, turba q̄ a Iohāne baptizata est, lapi-  
 dabit nos. Et ideo nō habētes qđ dicerēt, siluerunt:  
 Sic & in hoc loco nullā aptam inuenientes respō-  
 sionem, tacuerunt, impleta pphetia, q̄ ait Rex ue-  
 ro letabitur in deo, laudabuntur omnes qui iurāt in  
 eo, quia obstructum est os loquentium iniqua. Sed  
 quia dominus etiam in gratis beneficiū suę largi-  
 tatis frequenter præstat, recte subditur:  
 Ipse uero apprehēsus eū sanauit, ad dimisit.

Mat. 23.

Psal. 62.



Et pulchre coram auaris hydropticū curauit, ut cum in uno sanaretur infirmitas corporis, in multis morbus curaretur mētis. Quorū auaritiā dñs prudentissima comparatione redarguit, cum ait:

Et respondens ad illos, dixit: Cuius uestrum asinus aut bos in puteū cader, & non continuo extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad hæc respondere illi.

*A minori  
ad maius*

Ac si diceret: Si uestrū animal in puteū cadens, cum tanta festinatione eripere curatis, non ppter animalis curam, sed propter uestram auaritam consulendam: multo magis ego hominem, q̄ melior est pecore, & ad imaginem dei factus est, ab infirmitate in sabbato debeo liberare, cum facilius sit hominem uerbo sanare, quam animal de puteo abstrahere. Iam cū per hydropticum auarū diximus designari. Pulchre ergo auarus animal in puteo iacenti comparatur, quia hydropticus humore inordinato abundat. Dum eñ quis morbo auaritiæ succumbit, quasi sitiens in puteum cadit. Vnde & dominus mulierē, quæ decem & octo annos incuruata fuerat, nec sursum aspicere poterat, affimilauit animali, quod ad aquam ducitur.

**Luc. 13.**

*Auarius  
ppter  
inordinatam*

Malum est uitium auaritiæ, quod fidem tollit, concordiam dissipat, charitatem uiolat, & innumera mala generat, teste Apostolo qui ait: Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes, circa fidem naufragauerunt, & inferuerunt se doloribus multis. Inflatu autem diuitijs, per arctam & angustam uiam in regnum cælorum intrare non pot. est, domino dicente: Difficile, qui pecunias habēt, in regnum dei intrabūt.

**1. Tim 6**

*Marc 10*

**Luc. 18.**



Amē dico uobis, facilius est camelū per foramen acus transire, quam diuitem in regnum dei intrare.

Vnde Apostolus ad Timotheum ait: Præcipe diuitibus huius seculi, non sublimē sapere, nec incerto diuitiarum sperare, sed in domino, qui abunde præstat omnibus ad fruendum. Nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & desideria multa & inutilia, quæ mergunt hominem in interitum & perditionem. Duplicem enim pœna auarus constringitur, quando & hic infelix diuitias cum labore acquirit, & in futuro earundem diuitiarum rationem cum dolore in tormentis exoluit, Iacobo teste qui ait: Agite nunc diuites, plorate, ululantes in miserijs quæ superueniunt uobis. Diuitiæ uestræ putre factæ sunt, & uestimenta uestra a tineis comesta sunt. Aurum & argentum uestrum æruginauit, & ærugo eorum in testimonium uobis erit, & manducabit carnes uestras sicut ignis. Auaritia enim uisceribus pietatis caret, patrem nescit, matrem ignorat, fidem & amicitiam non custodit, proximo uel propinquo non miseretur, sed propinquos uelut extraneos efficit, dicente Salomone: Bene fecit animæ suæ uir misericordicos, auarus autem etiam propinquos abijcit.

1. Tim. 6

Iacob. 5.

*no sunt d.  
nisi pro  
ximo efficit  
propinquos*

Pro. 11.

Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discubas in primo loco.

Quantum ad literam pertinet, prudentis & eruditi uiri uitam & mores componi, quoniam honestissimum genus est uiuendi in conuiujs uel nuptijs, siue alijs conuentibus, fideles ut se alterutrū

LL



- præferant, & honore seinuicem præueniant, præcipiente Petro apostolo qui ait: Omnes inuicem humilitatem insinuate. Sicut enim honor est aliquem superius uocari, sic dedecus, eum qui primū locum imprudenter appetit, ad ultimum reuocari.
- 1. Petr. 5.** Melius est enim (ait Salomon) ut dicatur tibi, Ascende superius, quam ut humilieris coram principe. Et iterum: Altiora te ne quaesieris & fortiorate ne scrutatus fueris. Et iterum: Ad mensam magnam sedisti, &c. Et rursus. Superbum sequitur ignominia. ¶ Spiritualiter autem cōiunctionē Christi & ecclesie, nuptias uocari in scripturis uisitatissimum est, sicut est illud in euangelio: Simile est regnum caelorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. In nuptijs duo coniunguntur, sponsus & sponsa. Sponsus ergo Christus est, de quo per Iohannem dicitur: Qui habet sponsam, sponsus est.
- Pro. 25.** Sponsa uero est sancta ecclesia, cui per prophetam dicitur: Spōsabor mihi in iustitia & ueritate. Thalamus huius sponsi, uterus uirginis fuit, sicut per Psalmistam dicitur: Tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Celebratores harum nuptiarum apostoli fuerunt, de quibus scriptum est: Non possunt filij sponsi ieiunare, quandiu cum illis est spōsus. In his ergo nuptijs ille feliciter discumbit, qui in fide uocatus, humiliter pie, iusteq; in ecclesia uiuit. Bene autem dicitur, [non discumbas in primo loco;] Nouissimus enim locus ad mentis humilitatē pertinet. Ille ergo spiritualiter nouissimus discumbit, qui se omnibus inferiorem & indigniorem in mente iudicat, considerans non solum sanctiores, sed & multos se esse sapientiores. Vnde & subditur: ne forte honoratior te sit inuitatus



ab eo, & ueniens is qui te & illum uocauit, dicat tibi: Da huic locum.] Sape enim per mentis elationem de superiori gradu ad inferiorem quisq; descendit, quia dū mente tumidus est & inflatus, aut in carnis petulantiam, aut in aliquod facinus cadere permittitur, per quod ab hominibus uituperetur. Vnde & subditur:

Et tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere.] Quod Sauli contingit, cui superbi-  
 1. Re. 15.  
 enti a domino dictum est: Nonne cum esses paru-  
 lus in oculis tuis, caput in tribubus Israel cōstitui-  
 te? Nunc q̄a eleuaris, deieci te ne sis rex. Sed post-  
 quā qd agere nō debeas, prohibuit, qd agendum sit,  
 pius redēptor manifestare curauit, cū subiunxit:

Sed cum uocatus fueris, uade, recumbe in  
 nouissimo loco, ut cum uenerit qui te inuitauit, di-  
 cat tibi: Amice, ascende superius.] Quē ergo hu-  
 milem inuenit, amici nomine beatificat, atq; ut su-  
 perius ascendat uocat: quia ut ait Petrus aposto-  
 lus, Superbis deus resistit, humilibus autem dat  
 1. Pe. 5.  
 gratiam. Et pulchre subdidit:

Tunc erit tibi gloria coram simul discum-  
 bentibus,] ne nunc in præsenti querere incipias.  
 Hereditas enim (ait Salomon) ad quam in principi  
 Pro. 10.  
 pio festinatur, in nouissimo benedictione carebit.  
 Exponens dominus quid in similitudine propo-  
 fuerat, adiunxit, dicens: Quia omnis qui se ex-  
 altat, humiliabitur: & qui se humiliat, exalta-  
 bitur.] Vbi norandū quia non ait simpliciter, Qui  
 se humiliat, exaltabitur: sed cū addita mēto, [ Omnis  
 qui se exaltat, humiliabitur. & qui se humiliat, ex-  
 altabitur.] Alij ergo in hoc seculo & in futuro ex-



- altantur, qualis fuit Dauid, Iezechias & Iofias & ceteri tales, qui in presenti seculo gloriosi fuerunt, & in futuro gloriosiores sunt. Alij hic & in futuro humiliantur, quales sunt superbi pauperes, & illi qui pro peccatis in presenti uita uindictam recipiunt, & in futuro ad perpetuam pœnam transeunt, qualis fuit Herodes, Antiochus, & multi tales, de
- Iezē. 17.** quibus scriptum est: Duplici contritione conterere eos domine. Nonnulli hic exaltantur, & in futuro humiliantur, quales sunt superbi diuites, qui iuxta scripturæ uocem, Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Alij hic humiliantur, sed in futuro exaltantur, sicut sunt sancti pauperes, & præcipue illi, qui propter deum omnia sua derelinquunt, & spontanea paupertate semet ipsos humiliant, ut in futuro exaltari mereantur. Amemus ergo uirtutem humilitatis in presenti uita, ut a domino exaltari mereamur in altera uita,
- Mat. 11.** illius uestigia sequentes, qui ait: Discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Humilis autem dictus est, quasi humi accluis. Ille ergo uere humilis esse cognoscitur, qui se terram & cinerem iugiter esse cõsiderat,
- Gen. 18.** dicens cum beato Abraam patriarcha: Loquar ad dominum meum, cum sim puluis & cinis. Humilitas non solum in corpore, sed etiam in mente conseruanda est, iuxta exemplum illius, qui in regali folio constitutus, aiebat: Humiliatus sum usque ad que domine, uiuifica me secundum uerbum tuum. Humilitas quippe magistra est sapiëntiæ, teste propheta, qui ait: Bonum mihi domine quod humiliasti me, ut discam iustificationes tuas. Quanto enim unusquisque hic propter deum fuerit humi



lior, tanto in futuro erit excelsior, Petro apostolo teste, qui ait: Humiliamini sub potenti manu dei, *1. Petr. 5.* ut uos exaltet in tempore uisitationis.

FERIA QUARTA QVATV  
or temporum. Marci IX.

In illo tempore Respondens unus de turba, dixit ad Iesum: Magister, attuli filium meum ad te, habentem spiritum mutum qui ubicumque eum apprehenderit, allidit eum. Et reliqua.



**N**otandum quod semper loca rebus congruunt. In monte dominus orat transformatus, discipulis arcana suae maiestatis aperuit: in inferiora descendens, turbae occursum excipitur, miserorum fletu pulsatur. Sursum, discipulis mysteria regni caelestis referat: deorsum, turbis peccata infidelitatis exprobrat. Sursum

patris uocem, his quibus poterat, praedit: deorsum spiritum malum ab his qui uexabantur, expellit. Qui etiam nunc pro qualitate meritorum, alijs ascendere, alijs uero non desistit descendere. Nam carnales adhuc & incipientes, quasi ima petentes confortat, docet, castigat: perfectos autem, quorum conuersatio in caelis est, sublimius extollendo glorificat, liberius de aeternis instruit, & saepe quae a turbis nec audiri quidem ualeant, docet. Daemoniacum autem hunc, quem descendens de monte do